



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

10 Vtrum necessarium sit voluntatem humanam conformari voluntari
diuinæ in uolito ad hoc, quod sit bona.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

rat suo intentione. Et ad obiectione contra hoc, dicitur, quod si hoc saluat differentia intentionis bonitatis, & malitiae in hoc, quod quantitas malitiae intentionis, est semper quantitas malitiae uoluntatis formaliter, sicut quod absolute constituitur ea tamen mala quantitas uoluntatis non oportet, quod sit quantitas bonitatis uoluntatis. Et ratio differentia est, quia sicut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis. Constat autem, quod malitia in intentione sufficit ad constituendam uoluntate malam, bonitas autem non: quia boni consistit ex ea i-regra, mali autem ex particularibus defectibus. Unde dicitur eleemosyna propter inanem gloriam, non solum intentione est mala, sed etiam actus formaliter: & consequenter quanto peior est intentio, tanto peior erit actus formaliter. Sicut absolute conceditur, quod actus dantis eleemosyna propter inanem gloriam, est malus: ita absolute concedendum est, quod actus dantis eleemosyna propter maximam affectionem inanis gloriae, est peior. Et similiter si fiat propter manus malum, puta, si habuentionem habet: sed furado diuine propter subueniendum pauperibus, bonitas intentionis non constituit bonitatem actus: & consequenter quantitas bonitatis in intentione, non constituit quantitate bonitatis in actu. In quo, non ponitur bonitas, in eo, nec quantitas illi cogitari potest, & haec est intentio litera.

Super Questionis de intentione Articuli nonum.

In articulo, circa illa uerba. Ad bonitatem uoluntatis humane requiritur, quod ordinetur in summum bonum, memento quod ordinari in summum bonum, contingit tripliciter. Uno modo in communi, & hoc modo est bonitas, & malis: quilibet enim propter aliquid, operatur propter seipsum summum bonum. Alio modo in speciali, & sic ut dicitur: sicut si quis nesciens in quo

tem intenti boni non sequitur bonitas actus interioris, uel exterioris, ut dictum est. * Et inde est, quod non quantum aliquis intendit mereri, meretur: quia quantitas meriti consistit in intentione actus, ut infra dicitur. *

AD PRIMUM ergo dicendum, quod glossa illa loquitur quantum ad reputationem Dei, qui praecipue considerat intentionem finis. Unde alia glossa dicit ibidem quod thesaurus cordis; intentio est, ex qua Deus iudicat opera. Bonitas enim intentionis, ut dictum est, * redundat quodammodo in bonitatem uoluntatis, quae facit etiam exteriorem actum apud Deum meritorium.

AD SECUNDUM dicendum, quod sola bonitas intentionis non est tota causa bonae uoluntatis: unde ratio non sequitur.

AD TERTIUM dicendum, quod sola malitia intentionis sufficit ad malitiam uoluntatis. Et ideo etiam quantum mala est intentio, tantum etiam mala est uoluntas: sed non est eadem ratio de bonitate, ut dictum est. *

ARTICVLVS IX.

Utrum bonitas uoluntatis dependeat ex conformitate ad uoluntatem diuinam.

AD NONUM sic proceditur. Videtur, quod bonitas uoluntatis humane non dependeat ex conformitate uoluntatis diuinae. Impossibile est enim uoluntatem hominis conformari uoluntati diuinae: ut patet per id, quod dicitur Isai. 55. Sicut exaltantur caeli a terra, ita exaltatae sunt uiae nostrae a cogitationibus uestris. Si ergo ad bonitatem uoluntatis requireretur conformitas ad diuinam uoluntatem, sequeretur, quod impossibile esset hominis uoluntatem esse bonam: quod est inconueniens.

¶ 2 Praeterea. Sicut uoluntas nostra deriuatur a uoluntate diuina, ita scientia nostra deriuatur a scientia diuina: sed non requiritur ad scientiam nostram, quod sit conformis scientiae diuinae, multa enim Deus scit, quae nos ignoramus: ergo non requiritur quod uoluntas nostra sit conformis uoluntati diuinae.

¶ 3 Praeterea. Uoluntas est actionis principium: sed actio nostra non potest conformari actioni diuinae: ergo nec uoluntas uoluntati.

SED CONTRA est, quod dicitur Mat. 26. Non sicut ego uolo, sed

sicut tu uis: quod dicit, quia rectum uult esse hominem, & ad Deum dirigi, ut Augustinus dicit in Enchir. * Rectitudo autem uoluntatis est bonitas eius: ergo bonitas uoluntatis dependet ex conformitate ad uoluntatem diuinam.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut dictum est, * Bonitas uoluntatis dependet ex intentione finis. finis autem ultimus uoluntatis humane est summum bonum, quod est Deus, ut supra dictum est. * Requiritur ergo ad bonitatem humane uoluntatis, quod ordinetur ad summum bonum: hoc autem bonum primo quidem & per se, comparatur ad uoluntatem diuinam ut obiectum proprium eius. Illud autem quod est primum in quolibet genere, est mensura, & ratio omnium, quae sunt illius generis. Vnum quodque autem rectum, & bonum est, in quantum attingit ad propriam mensuram: ergo ad hoc quod uoluntas hominis sit bona, requiritur quod conformetur uoluntati diuinae.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uoluntas hominis non potest conformari uoluntati diuinae per aequiparantiam, sed per imitationem. Et similiter conformatur scientia hominis scientiae diuinae, in quantum cognoscit uerum: & actio hominis actioni diuinae, in quantum est agentis conueniens: & hoc per imitationem, non autem per aequiparantiam. Unde patet solutio ad secundum, & ad tertium argumentum.

ARTICVLVS X.

Utrum necessarium sit uoluntatem humanam conformari uoluntati diuinae in uolito ad hoc, quod sit bona.

AD DECIMUM sic proceditur. Videtur, quod uoluntas hominis non debeat semper conformari diuinae uoluntati in uolito. Non enim possumus uelle quod ignoramus. Bonum enim apprehensum, est obiectum uoluntatis: sed quid Deus uelit, ignoramus in plurimis: ergo non potest humana uoluntas diuinae uoluntati conformari in uolito.

¶ 2 Praeterea. Deus uult damnare aliquem, quem praescit in mortali peccato moriturum. Si ergo homo teneretur conformare uoluntatem suam diuinae uoluntati in uolito, sequeretur, quod homo teneretur uelle suam damnationem: quod est inconueniens.

constat summum bonum pura in uisione Dei, uel in Deo, operatur propter summum bonum, quod in ueritate est summum bonum, & hoc potest conuenire bonis. Tertio modo in speciali, & distincte: ut si quis operari intendit propter Deum cognoscendum, amandum &c. Et hoc est contingit dupliciter, pura, propter cognitionem, amoremque: & ad quod natura potest, & ad quod gratia Dei eleuat. In proposito igitur, ad bonitatem uoluntatis humane requiritur, quod ordinetur ad summum bonum non apparenter, sed in ueritate est summum bonum, uel distincte naturaliter, uel supernaturaliter in statu personae. Quod dico propter Gentiles, & ignorantes. Si enim propter necesse sibi luminis, in uerum summum bonum ordinat actiones suas, bonae moraliiter erunt: & si non, non.

Super quast. decime nonum Artic. decimum.

In articulo, iungito uerba in ratione ad primum, uerbis in corpore articuli, & memoris supradictorum in articulo, prima, aduerte, quod quae uelle aliquid sub ratione boni, est uelle illud propter summum bonum: ideo dicitur, quod uoluntas uolens aliquid sub ratione boni, est conformis diuinae uoluntati in uolito formaliter, quod est uelle propter diuinum, & esse bonum. Sed caue ne propterea dicas omnem uoluntatem semper conformari diuinae in uolito formaliter: quia nullus operatur aliquid ad malum, sed ad aliquam boni rationem. Et consequenter uoluntas malis conformatur diuinae uoluntati in uolito formaliter: hoc, non falsum est. Licet enim uoluntas quantumcumque mala, in quantum habet aliquid boni, sit conformis diuinae uoluntati, ac propter hoc possit fieri quid dicitur conformis diuinae uoluntati in uolito formaliter, sicut potest fieri quod dicitur bona: simpliciter tamen illa sola uoluntas est conformis diuinae uoluntati in uolito formaliter, quae sub ratione boni non apparenter, sed

*Habet. cognitione prima in Psal. 32. super illud Reclus de cet. collau datio. to. 8. art. 7.

q. 1. ar. 8.

¶ Super quast. decime nonum Artic. decimum.

Inf. q. 39. ar. 3. ad 3. &c. 22. q. 104. ar. 4. ad 3. & 1. dist. 48. ar. 3. & 4. Et uer. ri. q. 23. ar. 7. & 8. Et op. 9. q. 87.

vis, sed uerit' exerce-
tur. Ad hanc enim
conformitatem tene-
mur, cum illa, quae
est secundum boni
rationem siue veri,
siue apparentis nati-
sumus. In hac perfis-
tere, uirtutis opus
est.

Super

Aug. eocio-
ne 1. de pri-
ma parte
Psal. 10. 8.

¶ 3 Præterea. Nullus tenetur vel-
le aliquid, quod est contra piete-
tem: sed si homo uellet illud quod
Deus uult, hoc esset quandoque
contra pietatem, puta, cum Deus
uult mori patrem alicuius: si fi-
lius hoc idem uellet, contra pie-
tatem esset: ergo non tenetur
conformare uoluntatem suam
uoluntati diuinæ in uolito.

SED CONTRA est, quia super illud Psalm. 32.
Rectos decet collaudatio, dicit glo: Rectum cor
habet, qui uult quod Deus uult: sed quilibet tenetur
habere rectum cor: ergo quilibet tenetur uelle,
quod Deus uult.

¶ 2 Præterea. Forma uoluntatis est ex obiecto, sicut
& cuiuslibet actus: si ergo tenetur homo conformare
uoluntatem suam uoluntati diuinæ, requiritur
quod teneatur conformare in uolito.

¶ 3 Præterea. Repugnantia uoluntatum consistit in
hoc, quod homines diuersa uolunt: sed quicumque
habet uoluntatem repugnantem diuinæ uoluntati,
habet malam uoluntatem: ergo quicumque non
conformat uoluntatem suam uoluntati diuinæ in
uolito, habet malam uoluntatem.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut ex præ-
dictis patet, * Uoluntas fertur in suum obiectum,
secundum quod à ratione proponitur. Contingit
autem aliquid à ratione considerari diuersimode,
ita quod sub una ratione est bonum, & secundum
aliam rationem non bonum: & ideo si uoluntas
alicuius uelit illud esse, secundum quod habet ra-
tionem boni, est bona: & uoluntas alterius, si uelit
illud idem non esse secundum quod habet rationem
mali, erit uoluntas etiam bona. Sicut iudex habet
bonam uoluntatem, dum uult occisionem latronis,
quia iusta est: uoluntas autem alterius, puta, vxoris,
uel filii, qui uult non occidi ipsum, in quantum
est secundum naturam mala occisio, est etiam bona.
Cum autem uoluntas sequatur apprehensionem
rationis, uel intellectus, secundum quod ratio boni
apprehensi fuerit communior, secundum hoc &
& uoluntas fertur in bonum communius: sicut pa-
tet in exemplo proposito. Nam iudex habet curam
boni communis, quod est iustitia: & ideo uult occi-
sionem latronis, quæ habet rationem boni secundum
relationem ad statum communem. Vxor autem
latronis considerare habet bonum priuatum
familiae, & secundum hoc uult maritum latronem
non occidi. Bonum autem totius uniuersi est id,
quod est apprehensum à Deo, p est uniuersi factor,
& gubernator: unde quicquid uult, uult sub ratio-
ne boni communis, quod est sua bonitas, quæ est
bonum totius uniuersi. Apprehensio autem crea-
turæ secundum suam naturam, est alicuius boni
particularis proportionati suæ naturæ. Contingit
autem aliquid esse bonum secundum rationem
particularem, quod non est bonum secundum
rationem uniuersalem: aut e conuerso, ut dictum
est. * Et ideo contingit, quod aliqua uoluntas est
bona uolens aliquid secundum rationem particu-
larem consideratum, quod tamen Deus non uult
secundum rationem uniuersalem, aut e conuerso.
Et inde est etiam, quod possunt diuersæ uolunta-
tes diuersorum hominum circa opposita esse bonæ,
prout sub diuersis rationibus particularibus uo-
lunt hoc esse, uel non esse. Non est autem recta
uoluntas alicuius hominis uolentis aliquid bonum
particulare, nisi referat illud in bonum

art. 3.

In isto art.

commune, sicut in finem: cum etiam naturalis
appetitus cuiuslibet partis ordinetur in bonum
commune totius. Ex fine autem sumitur quasi
formalis: ratio uolendi illud, quod ad finem ordi-
natur: unde ad hoc, quod aliquis recta uolun-
tate uelit aliquid particulare bonum, oportet quod
illud particulare bonum sit uoluitum materialiter:
bonum autem commune diuinum, sit uoluitum
formaliter. Uoluntas igitur humana tenetur con-
formari diuinæ uoluntati in uolito formaliter:
tenetur enim uelle bonum diuinum, & commu-
ne, sed non materialiter, ratione iam dicta. * art.

Sed tamen quantum ad utrumque, aliquo modo
uoluntas humana conformatur uoluntati diuinæ:
quia secundum quod conformatur uoluntati di-
uinæ in communi ratione uoliti, conformatur, ei
in fine ultimo: secundum autem quod non con-
formatur ei in uolito materialiter, conformatur
ei secundum rationem causæ efficientis: quia hanc
proprium inclinationem consequentem naturam,
uel apprehensionem particularem huius rei, ha-
bet res à Deo, sicut à causâ effectiua: unde conse-
quitur dici, quod conformatur, quantum ad hoc, uo-
luntas hominis uoluntati diuinæ: quia uult hoc,
quod Deus uult cum uelle. Est & alius modus
conformitatis secundum rationem causæ forma-
lis, ut scilicet homo uelit aliquid ex charitate, si-
cut Deus uult. Et ista etiam conformitas reducit
ad conformitatem formalem, quæ attenditur ex or-
dine ad ultimum finem, quod est proprium ob-
iectum charitatis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uoluitum di-
uinum, secundum rationem communem, quale sit,
scire possumus. Scimus enim, quod Deus quic-
quid uult, uult sub ratione boni: & ideo quicquid
uult aliquid sub quacunque ratione boni, habet uolun-
tatem conformem uoluntati diuinæ, quantum ad
rationem uoliti: sed in particulari nescimus quid
Deus uelit: & quantum ad hoc non tenemur con-
formare uoluntatem nostram diuinæ uoluntati.
In statu tamen gloriæ omnes uidebunt in singulis,
quæ uolent, ordinem eorum ad id, quod Deus cir-
ca hoc uult: & ideo non solum formaliter, sed ma-
terialiter in omnibus suam uoluntatem Deo con-
formabunt.

AD SECVNDVM dicendum, quod Deus non uult
damnationem alicuius sub ratione damnationis:
nec mortem alicuius, in quantum est mors: quia ip-
se uult omnes homines saluos fieri: sed uult ista sub
ratione iustitiæ: unde sufficit circa talia, quod homo
uelit iustitiam Dei, & ordinem naturæ seruari: unde
patet solutio ad Tertium.

AD PRIMUM uero, quod in contrarium obii-
ciebatur, dicendum, quod magis uult quod Deus
uult, qui conformat uoluntatem suam uoluntati
diuinæ quantum ad rationem uoliti, quam qui cõ-
format quantum ad ipsam rem uolitam: quia uolun-
tas principalis fertur in finem, quam in id, quod
est ad finem.

AD SECVNDVM dicendum, quod species, &
forma actus magis attenditur secundum rationem
obiecti, quam secundum id, quod est materiale in
obiecto.

AD TERTIVM dicendum, quod non est repugnã-
tia uoluntatum quando aliqui diuersa uolunt non
secundum eandem rationem: sed si sub una ratione
esset aliquid ab uno uoluitum, quod alius nollet, hoc
induceret repugnantiam uoluntatum, quod tamẽ
non est in proposito.

QVAE-